



Casa
Gab. *A*
Est.
Tab. 28
N.º /

R
28
1

10

(CA) = 49-3-



Biblia cum
concordan
tiis veteris

et noui testamenti.

Anno de 1494

1494





paraphrasi
Prologus in Bibliam

Incipit Epistola beati Hieronymi ad Paulinum presbyterum de omnibus diuine Historie libris.

Capitulum I

Pater ambrosius tua mihi

Hunuscula pferens, detulit simul et suauissimas litteras, que a principio: amicis fidem pphate iam fidei et veteri amicitie noua pferbant. Utra enim illa necessitudo est christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non pntia tui corporis non subdola et palpans adulatio: sed dei timor et diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse pronicias, nouos adisse populos, maria transisse, eos quos ex libris non uerant coram eis uideret. Sic pythagoras metaphisicos uates, sic plato egyptum et architam tharentinum, eaque oram italie, que quondam magna grecia dicebatur, laboriosissime pagrauit, ut qui athenis magister erat et potes, cuiusque docerentur achademe gymnasia psonabant, fieret peregrinus atque discipulus, males aliena uerecunde discere quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi toto orbe fugientes psequitur, captus a piratis et uenudatus, tyranno crudelissimo paruus, ductus captiuus uinctus et fuis tui quam pbus maior emente se fuit. Ad tui liuui lacteo eloquentie fonte manantem de ultimis hispanie galliarumque finibus quosdam uenisse nobiles legimus et quos ad contemplationem sui rhoma non traxerat uis hominis fama perdurit. Dabit illa etas inauditum omnibus seculis celebrandum miraculum ut urbem tantam ingressi aliud extra urbem quererent. Appolloni sine ille magus ut uulgus loquitur siue pbus (ut pythagorici tradunt: intrauit persas, ptransiuit caucasum albanos scytas massagetas, opulētissima in die regna penetrauit et ad extremum latissimo physon amne transmissio puenit ad brachmanas, ut hiarcham in throno sedentem aureo et de tantali fonte potantem inter paucos discipulos, de natura, de moribus, ac de cursu dierum et siderum audiret docentem. Inde per elamitas, babilonios, chaldeos, medos, assyrios, parthos syros, phenices, arabes, palestinos, reuersus ad alexandriam, perrexit ad ethiopiam, ut gymnosophistas et famosissimas solis mensam uideret in sabulo. Inuenit ille uir ubique quod disceret, et semper proficiens semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo uoluminibus philostratus.

Ca. II

Quid loquitur de seculi hominibus cum apostolus paulus uas electionis et magister gentium quod de conscientia tanti in se hospitis loquatur: dicens. An experimentum quiritis est quod in me loquitur christus: post damascum arabiam lustratam ascendit hierosolymam ut uideret petrum et mansit apud eum diebus quidecim. Hoc enim mysterio hebdoadis et ogdoadis futurus gentium predicator instruendus erat. Rursumque post annos quattuordecim assumpto barnaba et tito expositus cum apostolis euangelium ne forte in uacuum curreret aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis energie uiue uocis actus, et in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortiter sonat. Tunc et ethyones cum rhodi exularerent et legeret illa demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait. Quid si ipas audisset bestiam, sua uerba resonante. Ca. III

Nec hoc dico, quod si aliquid in me tale quod uel possis a me audire uel uelis discere: sed quo ardor tuus et discendi studium etiam absque nobis per se pbari debeat. ingenium docile et sine doctore laudabile est. Non quod inuenias: sed quod queras consideramus. Mollis cera et ad formandum facilis, etiam si artificis et plaste cessent manus, tamen ut tute totum est quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes gamalielis legem moysi et prophetas didicisse se gloriatur, ut armatus spiritualibus telis, postea doceret confidenter. Arma enim nostre milicie non carnalia sunt: sed potentia deo ad destructionemmunitionum et cogitationes destruentes et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, et captiuantes omnem intellectum ad obediendum christo, et parati subiugare omnem inobedientiam. Timotheum scribit ab infantia sacris litteris eruditum et hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam quam data sit ei per impositionem manus presbyteri. Tito precipit ut inter ceteras uirtutes episcopi quibus breui sermone depinxit, sciam quod non negligat scripturarum obtinentem inquit eum qui secundum doctrinam est fidelis sermonem ut potens sit exhortari in doctrina sana, et predicantes reuicere. Ca. IIII

Sancta quippe rusticitas solum sibi predestinatum et quantum edificat ex uite merito ecclesiam christi, tamen nocet si destruetibus non resistat. Malachias propheta imo per mala chiana dominus interrogauit sacerdotes legem. Intum sacerdotum officium est, interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus. Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi, maiores tuos et dicent tibi. In psalmo quoque cetero decimo octauo. Lantabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Et in descriptione iusti uiri cum eum arbore uite dauid quod est in paradiso copas

a ij

Actu. ix. e.
i. Thim. ij. b
ij. Cor. x. ij. a

Galla. i. d.

Ibidem. ij. d



Actu. xxij. a.

ij. Cor. x. b.

ri. Thim. iij. b.

Ticum. i. b.

Deu. xxxij. a

Psalm. cxviii

Prologus in Bibliam

Psal. i.
Dan. xij. b

Ibidem

Actu. ix. e

Esa. liij. d

Job. i. a

Abdic. i. c
i. Cor. i. c
i. Cor. ij. b

Col. ij. a

Job. viij. b
Ezech. i. a
Ps. cvij.

ij. Cor. iij. d
Apoc. v. a

raret. iter ceteras artes hoc etiam itulit. In lege
domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die
ac nocte. Daniel in fine sacratissime visionis ait
iustos fulgere quasi stellas. et intelligentes. id est
doctos quasi firmamentum. Vides quantum inter se di
stant iusta rusticitas et docta iusticia. Alii stellis
alii celo comparantur. Quamquam iuxta hebraicam vita
tem: utrumque de eruditio possit intelligi. Ita enim a
pud eos legitur. Qui autem docti fuerint fulgebunt
quasi splendor firmamenti: et qui ad iusticiam erudi
unt multe. quasi stelle in perpetuas eternita
tes. Cur dicitur paulus apostolus vas electionis. Nepe
quod vas legis et scripturarum sanctarum erat armari
um. Pharisei stupent in domini doctrina: et miran
tur in Petro et Johanne quomodo legem sciunt: cum leges
non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio et
quotidiana in lege meditatio tribuere solet: illis
hoc mysterium suggererat. Et erant iuxta quod
scriptum est: docibiles deo. Duodecim annos salua
tor impleverat: et in templo sedens de questionibus
legis interrogans: magis docet dum prudenter inter
rogat. Nisi forte rusticum petrum: rusticum iohannem di
cimus: quorum uterque dicere poterat. et si imperitus
sermone. non tamen scientia Johannes rusticus piscator
idocus. Et vni illa vox obsecro. In principio erat
verbum. et verbum erat apud deum. et deus erat verbum.
Logos grece. multa significat. Nam et verbum est. et ra
tio. et supputatio. et causa vniuersiusque rei per
quam sunt singula que subsistunt. que vniuersa re
cte intelligimus in christo.

Ca. V
Hoc doctus Plato nesciuit bene demo
sthenes eloquens ignorauit. Perdas
inquit sapientiam sapientium et prudentiam pru
dentium reprobabo. Vera sapientia perdet
falsam sapientiam. et quamquam stulticia predicatiois in cru
ce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur iter perfectos.
Sapientiam autem non seculi istius que destruit. nec prin
cipium huius seculi: sed loquitur dei sapientiam in myste
rio absconditam. quam predestinavit deus ante secula.
Dei sapientia christus est. Christus enim dei verus et dei
sapientia. Nec sapientia in mysterio abscondita est:
de qua et noui psalmi titulus prenotat: per occultis
filij. in quo sunt omnes thesauri sapientie et sci
entie dei absconditi. Et qui in mysterio abscondi
tus erat. predestinatus est ante secula. predestinatus autem
et prefiguratus in lege et prophetis. Vni et prophe
te appellabatur videtes. quia videbant eum quem ce
teri non videbant. Abrahama vidit diem eius et letatus
est. Apiebant celi ezechieli: qui populo peccatori clau
si erant. Reuclat inquit dauid oculos meos. et con
siderabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis
est. et reuclatione opus est ut intelligatur. ac reue
lata facie dei gloriam contempleremur. Liber in apo
calypsi septem sigillis signatus ostenditur quod si

dederis homini scienti litteras ut legat. respondet
tibi non possit. Signatus est enim. Quamquam hodie pu
tant se nosse litteras. tenent signatum librum nec aperire
possunt. nisi ille reserauerit qui habet clauem dauid
qui aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit.
In actibus apostolorum. sanctus eunuchus imo sanctus
vir. sic enim cum sancta scriptura cognominat. cum
legeret. Esaiam prophetam interrogat a philippo
putas ne intelligis que legis: respondit. Quomodo possum
nisi aliquis me docuerit. Ego ut de me loquar in
terim nec factior sum bene eunuchus. nec studiosior
quam de ethiopia. id est de extremis finibus mundi venit
ad templum reliquit aulam regiam. et tantum amator legis
fuit diuine atque scientie. ut etiam in vehiculo litteras
legeret sacras. Et tamen cum librum teneret: et verba domini
in cogitatione conciperet. lingua volueret. labijs
personaret. Ignorabat eum quem in libro nesciens ve
nerabat. Venit philippus. ostendit ei iesus. qui
clusus latebat in littera. Mira doctoris virtus
Eadem hora credidit eunuchus: baptizatur: fi
delis et sanctus magister efficitur. de discipulo
plus in deserto fonte ecclesie quam in aurato syna
goga templo repperit.

Ca. VI
Hec a me perstricta sunt breuiter. neque
enim epistolaris angustia euagari lo
gius patiebatur ut intelligeres te in scri
pturis sacris sine preiudicio. et monstrare
semita: non posse ingredi. Taceo de gramaticis
rhetoricis. peribis. geometricis. dialecticis. musi
cis. astronomicis. astrologis. medicis. quorum
scientia mortalibus satis: vel utilissima est: et in
tres partes scinditur. in doctrinam. rationem et usum
Ad minores artes veniam. et que non tam lingua quam
manu administrant. Agricole. cementarij. fabri
metalloz. lignozque cesores lanarij que et fullo
nes. et ceteri que varia suppellectile et vilia opus
cula fabricant: absque doctore esse non possunt quod
cupiunt. Quod medicorum est permittunt medici: tractant
fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est. quam sibi
passim omnes vendicant. Scribimus indocti: doctique
pocmata passim. Hanc garrula anus hanc delirus
senex. hanc sobrius verborum. hanc vniuersi presu
munt. lacerant docent. antequam discant. Alii abducto
supercilio gradibus verba trutinantes. iter muliercu
las de sacris litteris philosophantur. Alii discunt
per pudor a feminis quod viros doceant. et ne par
um hoc sit quadam facilitate verborum. imo audacia
edisserunt alijs: quod ipsi non intelligunt. Ta
ceo de meis similibus: que si forte ad scripturas san
ctas post seculares litteras venerit. et sermones
composito aures populi mulserint. quicquid dixerint
hoc legem dei putant. Nec scire dignantur quid pro
phete: quid apostoli senserint. sed ad sensum suum
incongrua aptant testimonia. quasi grande sit

Isa. xxvi. d

Apoc. iij. b

Actu. viij. f

Ibidem

Mu. r

Job. r

Job. r

Esa. r
i. Reg.
r. rxi.

Genesis

et nō vitiōsissimū dicendi gen^o deprauare sentē-
tias. et ad voluntatē suā sacrā scripturā trabe-
re repugnantē. Quasi nō legerim^o homerocen-
tonas et virgilio cētonas. ac nō sic etiā maro-
nē sine christo possimus dicere christianuz: q̄a
scripserit. Jā redit et virgo: redcūt saturnia re-
gna. Jā noua p̄genes: celo dimittitur alto. Et
patres loquentē ad filiū. Nate mee vires mea
magna potētia solus. Et post v̄ba saluatoris
in cruce. Talia p̄stabat memorans: fixusq̄ ma-
nebat. Puerilia sunt hec. et circulatorū ludo si-
milis. docere qd̄ ignores imo vt̄ cū stomacho
loquar: nec b̄ qd̄ scire qd̄ nescias. **Ca. VII**

Quodelicet manifestissima ē genesis i q̄
de creatura mūdi: de exordio generis
hūani: de diuisione t̄re: de p̄fusiōe lin-
guarū: de descēsiōe vsq̄ ad egyptuz
scribit̄ hebreoz. Datet exod^o cū decē plagis. cū
decalogo cū mysticis diuinisq̄ p̄ceptis. In p̄optu
est leuitic^o liber i q̄ singla sacrificia. imo single
pene syllabe et vestes aaron. et tot^o ordo leuiti-
cus spirāt celestia sacra. Nūeri v̄o nonne totū
arithmetice. et p̄phetie balaaz. et q̄dragitadu-
arū māsiōnū p̄ heremū mysteria p̄tinēt. Deūte-
ronomiū v̄o sc̄da lex. euāgelice legis p̄figura-
tio: nōne sic ea habet q̄ p̄ora sūt. vt̄ t̄n noua sint
oīa de veterib^o. Hucusq̄ moyses: hucusq̄ pen-
tateus. q̄b^o q̄ncq̄ v̄bis loq̄ se vellet apls i ecclē-
sia gloriā. Job exēplar patiētie q̄ nō mysteria
suo p̄mōe p̄lectit. Prosa icipit. v̄su labit. p̄-
destri p̄mōe finit. oēsq̄ leges dyaletice: p̄positi-
one. assumptiōe. p̄firmatiōe. p̄clusiōe determi-
nat. Singla in eo v̄ba plena sunt sensib^o. et vt̄
de ceteris fileā resurrectiōes corporū sic p̄phetat
et null^o de ea manifest^o et cauti^o scripserit. Scio
inquit q̄ redēptor me^o viuit et i nouissimo die
de t̄ra resurrectur^o suz. et rursuz circūdabor pel-
le mea. et in carne mea videbo deuz quē visur^o
suz ego ip̄e. et ocli mei p̄specturi sūt et nō ali^o.
Reposita est b̄ spes mea i sinu meo. Venias ad
iesuz nauē. q̄ typū dñi nō solū i gestis: verū etiā
in numine p̄fert. Transiit i ordanē. hostiū regna
subuertit. diuidit terrā victori p̄plo. et p̄ singu-
las vrbes. viculos. montes. flumina. torrētes
atq̄ p̄finia ecclē. celestisq̄ iherlm̄ spiritualia re-
gna descripsit. In iudiciū libro q̄t p̄ncipes p̄pli
tot figure sunt. Ruth moabitis esaje explet va-
ticiniū dicētis. Emitte agnū dñe dñatorē terre
de petra deserti ad montē filie syon. Samuel i
beli mortuo et in occisiōe saul veterē legē abo-
litā mōstrat. porro in sadoch atq̄ dauid noui
sacerdotij nouiq̄ ip̄erij sacra testat. Dalachi
id ē terti^o et q̄rt^o legū liber a salomone vsq̄ ad
iechoniā. et a iheroboam filio nabath vsq̄ ad

osee qui duct^o est in assyrios regnū iuda et re-
gnū describit israel. Si hystoriā recipias v̄ba
simplicia sunt: si in l̄ris sensuz latentē insperer^o
ecclēsie paucitas et hereticoz p̄tra eccliam bel-
la narratur. Duodeci p̄phete in vni^o volumis
āgustias coartati. mlto aliud q̄ sonāt in l̄ra p̄-
figurāt. Osee crebro nomiat effraim. samariā.
ioseph. iezrael. et vxorē fornicariā et p̄ornicati-
onis filios. et adulterā cubiculo clausaz mari-
ti: multo tpe sedere viduā. et sub veste lugubri
mariti ad se reditū p̄stolari. Jobel fili^o fatuel
describit terrā duodecim tribuū: eruca. bruch^o
locusta rubigine vastāte p̄suptam. et post euer-
sionē p̄oris p̄pli effusum iri spiritūsc̄tm̄ sup ser-
uos dei et ācillas. id ē sup centū viginti credē-
tū noīa. et effusuz iri in cenaculo syon. Qui cē-
tuz viginti ab vno vsq̄ ad quideciz paulatim
et p̄ incrementa surgētes: quideciz graduū nūe-
ruz efficiūt qui in psalterio mystice p̄tinētur. A-
mos pastor et rustic^o et ruboz mora d̄stringēs
paucis v̄bis explicari nō p̄t. Quis enī digne
ex̄p̄mat tria et q̄ttuoz scelera damasci et gaze.
tyri et ydumee: et filiozū amon et moab. et in se-
ptimo et octauo gradu iude et israel. Dic loq̄-
tur ad vaccas pingues q̄ sunt in samarie mōte
et ruiturā domū maiore minoreq̄ testat. Ipse
cernit victorē locuste. et stantē dñm sup muruz
litū vel adamantinū et v̄cinū pomoz attrahē-
tem supplicia pctōrib^o. et famē in t̄ra: nō famē
panis nec sitim aq̄. s̄ audiēdi v̄bū dei. Abdias
q̄ interpretatur seru^o dñi p̄tonat p̄tra edom. et s̄ā-
guineū terrenūq̄ fratres. frat̄ q̄ Jacob semp
emulū hasta p̄cutit spiritali. Jonas pulcherri-
ma colūba. naufragio suo passionē dñi p̄figu-
rās: mūdū ad penitētiā reuocat. et sub noīe ni-
niue gētib^o salutē nūciat. Dicheas d̄morasthi
coheres xp̄i vastatiōes annūciat filie latronis
et obsidōnē ponit p̄tra eā. qz maxillā p̄cussit
iudicis israel. Naum p̄solator orbis icrepat ci-
uitatē sanguinū. et post euerfionez illi^o loq̄tur.
Ecce sup mōtes pedes euāgelizātis et annūci-
antis pacē. Abachuc luctator fortis et rigid^o
stat sup custodiā suā. et figit gradū sup muniti-
onē vt̄ xp̄m in cruce p̄tēpletur: et dicat. operuit
celos gl̄ia ei^o. et laudis ei^o plena est t̄ra: splēdor
ei^o vt̄ lux erit. cornua i manib^o ei^o. ibi abscondita
est fortitudo ei^o. Sophomas speculator et ar-
chanoz dei cognitor: audit clamorem a porta
piscii et ciulātū a secūda. et p̄tritionē a collib^o
Iudicat q̄ vlulatū habitatorib^o pile. qz p̄ticuit
oīs p̄plus chanaan: disp̄si sunt v̄niuersi q̄ iuo-
luti erāt argēto. Aggeus festuz et let^o. q̄ semia-
uit i lachrymis: vt̄ i gaudio meteret. destructū
tēpluz edificat: deūq̄ patrē inducit loquentes.

Amos. iij. a
Ibidē. vi. d

Naum. i. d

Abacuc. i. a

Ibidē. i. a

Ps. cxvij.

xxvi. d

oc. iij. b

tu. viij. f

dem

flu. xxx. p. 10.

Job. xix. d

Josue. iij. d

Esa. xvi. a
i. Reg. iij. d
z. xxi. b

Prologus in Bibliam

Aggeus. ij. b. Adhuc unū modicūq; .z. ego cōmouebo celū z terrā et mare et aridas. et mouebo oēs gētes et veniet desiderat' cūctis gētib'. Zacharias iac' mo: dñi sui multiplex in pphētia iesum vestib' fordidis indutū et lāpade oculoꝝ septē cādela brūq; aureū cū toti de lucernis q̄t oculis. duas q̄ oliuas a sinistris lāpadis cernit. z a dextris vt post equos rufos nigros varios z albos z dissipatas q̄drigas ex effraim et equū de iherl'z pauperē regē vaticinet. et p̄dicet sedentē super pullū filiūz asine subiugalis. Malachias apte et in fine oīm pphētaꝝ de abiectiōe israel z vocatiōe gentiū. Nō est mihi ait volūtas in vobis dicit dñs exercitūū. z mun' nō suscipiā de manu v'ia. Ab ortu enī solis vsq; ad occasus magnus est nomen meū in gētib'. et in oī loco sacrificaf et offertur nomini meo oblatio mūda. Esaiam iheremiā. z echiel et daniel. q̄s pōt vel itelligere vel exponere. Quoz p̄m' nō pphētiā videtur mihi texere s; euāgelū. Secūdus h̄gā nuccā z ollā succēsaz a facie aq̄lonis. et par dū spoliatū suis cōlorib' et q̄druplex diuersis metris neccit alphabetū. Tert' p̄ncipia z finē tātis habz ob scuritab' inoluta: vt apud hebreos ipse pres cū exordio geneoseos āte ānos trigita nō icgā tur. Quart' h̄o q̄ z extrem' iter q̄ttuoz pphētas tēpoz p̄scius et toti' mūdi philohistoricus lapidē p̄scius de mōte sine manib'. z regna omia subuertentē. claro smone p̄nūciat. Dauid simo nides n̄ p̄ndai' et archē f. accus q̄z catul' atq; sercat'. ch̄istū lyra p̄sonat z in decachordo psal terio ab iferis excitat resurgentē. Salomō pa cificus et amabilis dñi. mores corrigit. naturā docet. eccliam iūgit z i p̄m. sanctaiūq; nuptiaz dulce canit epithalamū. Hester in ecclesie typo pplin liberat de piculo. et iterfecto aman q̄ inē pretatur iniqtas: p̄tes cōiuij z diē celebre mit tit in posteros. Paralipomenon liber. id est in strumētū veteris epitomē. tātus ac talis est. vt absq; illo si q̄s sciētā scripturarū sibi voluerit arrogare seipm irri deat. Per singula q̄ppe no mina iūcturasq; h̄boꝝ z p̄termisse i regū libris tangūtur hystorie. et innuerabiles explicantur euāgelij q̄stiones. Esdras et Neemias. adiutor videlz z p̄solator a dño. i vno volumē artātur instaurāt templū. muros extruūt ciuitat'. oisq; illa turba ppli redeūtis in patriā. et descriptio sacerdotū leuitarū. israel. p̄selitoꝝ: ac p̄ singlas familias muroꝝ ac turriū opera diuisa. aliud i cortice p̄ferūt: aliud in medulla retinēt. Cernis me scripturaz amore raptū: excessisse modū epi stole. z tamē nō implese qd volui. Audiuimus tantū qd nosse quid cupere debeam': vt et nos quoq; possim' dicere. Concupiuit anima mea

desiderare iustificatiōes tuas in oī tpe. Ceterū illud socraticū ipletur in nobis. Hoc tantū scio qd nescio. Tangā et nouū breuiter testamentūz Matthēus. Marchus. Lucas et Jobānes. q̄ driga dñi et verū cherub qd iterpretatur sciētie plenitudo p totuz corpus oculati sunt. scintille emicāt. discurrūt fulgura. pedes habēt rectos. et i subline tendētes: terga p̄nata et vbiq; vo lātia tenēt se mutuo sibiq; p̄plexi sunt. et q̄si ro ta in rotā voluūtur z p̄gunt: quocūq; eos flat' spū sancti p̄duxerit. Paul' ap̄ls ad septē scribit ecclias: octaua enī ad Hebreos a plerisq; extra numerū ponitur. Timotheus instruit ac Titum et Philemonē p̄ fugitiuo famulo dep̄catur. su per quo meli' tacere puto: q̄ pauca scribere. Actus apostoloꝝ nudā quidē vidētur sonare hy storiā. z nascētis eccleie infantia texere. sed si no uerimus scriptorē eozuz lucā esse medicū: cuius laus est in euāgelio. animaduertim' parit' oīa verba illius aie languētis esse medicinā. Jacobus. Petrus. Johannes. Judas. septē episto las ediderūt: tā mysticas q̄ succintas z breues pariter ac lōgas: breues in h̄bis. lōgas in sentē tijs. v'rarus sit qui nō in earū cecutiat lectiōe. Apocalypsis iohānis tot habet sacramenta q̄t h̄ba. Marū dixi: et pro merito voluminis laus oīs inferior est. In h̄bis singulis multiplices latēt intelligētice. Oro te frater charissime inter hec viuere. ista meditari. nihil aliud nosse. nihil aliud querere. nōne videtur tibi ias in terris re gni celestis habitaculuz. Nolo vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate et quasi vilitate verboꝝ que vel vitio iterpretū vel de industria sic prolate sunt. vt rusticā contionē facilius in struerēt. et in vna eadēq; sentētia aliter doctus aliter sentiret indoctus. Nō suz tā petulās z he bes vt hec me nosse pollicear. z eoz fructus ca pere in terra quoz radices in celo fixe sunt: sed velle fateor. sedēti me prefero. magistrū renuēs comitem spondeo. Metēti datur. pulsanti ape ritur. querens inuenit. Discamus in terris quo rum scientia nobis perseueret in celo. Obui' te mambus excipiā. z vt inepte aliquid ac de her magoze tumiditate effundā quicquid quesieris tecum scire conabor.

Ca. VIII

Habes hic amantissimū tui fratrem eu sehiū qui litterarū tuarū mihi gratiaz duplicauit: referēs honestatē moꝝ tu orū. p̄temptū seculi. fidē amicitie. amo rem ch̄isti. Nam prudentiaz z eloquiū venusta tem: etiā absq; illo ipsa epistola preferebat. Se stina queso te: et herenti in salo nauicule funez magis prescinde q̄ solue. Nemo renūciaturus seculo bene potest vendere: que contempsit vt

Eolo. iij. d.
ij. Eoz viij.

Mat. vj. b.
Luc. xi. b.

Prologus in Pentateucum

vēderet. Quicquid in sumptu de tuo tuleris pro lu-
cro cōputa. Antiquū dictū est. Avaro deest tas
quod habet quod non habet. Credenti totus mūdus di-
uitiarū est. Infidelis autē etiam obolo indiget.
Sic viuam quasi nihil habētes et oīa possidētes
Victus atq; vestit. diuitie xpianorū sunt. Si
habes in potestate rē tuam vende: si nō habes
pice. Tollēti tunicā et palliū relinquendum est
Scilicet nisi tu semp recraftinans: et diē de die
trahēs caute et pedetentim tuas possessiuncu-
las vendideris nō habēs xpūs vñ alat paupes su-
os. Totū deo dedit qui se obtulit. Apostoli tā-
tū nauē et retia reliquerūt. vidua duo era misit
in gazophylatus. et preferē cresci diuitijs. Facile
cōtēnt oīa qui se semp cogitat esse moriturus.

Explicit epistola sancti Hieronymi presby-
teri ad Paulinū presbyterū. Incipit Prefatio
sancti Hieronymi presbyteri in Pentateucum

Desiderij mei desideratas acce-
pi epistolas: quod quodā presagio
futuroꝝ cū daniele sortitus est
nomē: obsecrātis vt trāslatū in
latinā linguā de hebreo sermo-
ne pentateucuz vestroz auri-
traderē. Mericulosuz opus certe et obrectato-
rū meoz la:ratibꝫ patēs: quod me asserūt in septu-
aginta interpretū suggillationē noua pro veteribꝫ
cudere. et ita ingemū quasi vinū pbātes. cū ego
sepissime testatꝫ sim me pro virili portidne in ta-
bernaculo dei offerre quod possim: nec opes alte-
rius alioꝝ paupitate fedari. Quod vt audirē ori-
genis me studiuz puocauit quod editioni antique
translationē theodotionis miscuit asterisco et
obelō. id est stella. et verū oē opus distinguēs.
dū aut illucescere facit quod minꝫ an fuerāt. aut su-
pflua quicquid iugulat et cōfodit: et maxime quod cuā
gelistarū et aploꝝ autoritas pmulgauit. In quod
bus multa de veteri testamēto legimꝫ quod in nris
codicibꝫ nō habent. vt est illud. Ex egypto vo-
caui filiū meū: et quom nāzareus vocabit. et vide-
būt in quē cōpunerūt. et flumina de vētre eius
fluēt aque viue et quod nec oculus vidit nec auris
audiuit: nec in cor hoīs ascēdit quod prepauit de-
diligētibꝫ se et multa alia quod ppriū syntagma de-
siderāt. Interrogemꝫ ergo eos vbi hec scripta
sunt et cū dicere nō potuerint de libris hebraicis
pferamꝫ. Primū testimoniuz est in Osee. scdm
in Esaia. tertiu in Zacharia. quartum in Pro-
uerbijs. quātū eque in Esaia. quod multi ignoran-
tes apocryphoz deliramēta sectātur et hiberas
nēnas libris autēticis pferūt. Causas erroris
nō est meū exponere Iudei prudēti factū dicūt

esse p alio: neptolomeꝫ vniꝫ dei cultoz etiā apud
hebreos duplicē diuinitatē deprehēderet. Quod
maxime idcirco faciebāt. quod in platōis dogma
cadere videbat. Deniq; vbiq; sacratus aliqd
scriptura testatꝫ de patre et filio et spūscō. aut ali-
ter interpretati sunt. aut oīno tacuerūt. vt et re-
gi satisfacerēt. et archanū fidei nō vulgarēt. Et
nescio quos primꝫ autor septuaginta cellulas alex-
andric mēdacio suo extruxerit. quod diuisi: eadē
scripturarint. cū aristoteli eiusdē ptolomeꝫ hypera-
spites et nō multo post tpe. Iosephꝫ nihil tale
retulerint: sed in vna basilica cōgregatos cōtū-
lisse scribāt. nō pphētasse. Aliud est etiā cē vate
aliud est esse interpretē. Ibi spūs ventura p̄dicat
hic eruditio et vboꝝ copia ea quod intelligit trans-
fert. Nisi forte putāndus est. Tullꝫ economicuz
xenofontꝫ. et platōis pythagorā. et demosthe-
nis p ethesifonte afflatꝫ rethorico spū transtu-
lisse. Aut aliter de eisdē libris p septuaginta in-
terpretes. aliter p aplos spūscōs testimonia
teruit. vt quod illi tacuerūt. hi scriptū esse mentiti
sint. Quid igit. Dānamꝫ veteres. Diminꝫ. sed
post priorū studia in domo dñi quod possimꝫ la-
boramꝫ. Illi interpretati sunt an aduētū xpī: et
quod nesciebāt dubijs ptulere sentētijis. nos post
passionē et resurrectionē eiꝫ. non tā pphētā quod
historiaz scribimꝫ. Aliter em̄ audita. aliter visa
narrant. Quod meliꝫ intelligimꝫ meliꝫ et pferimꝫ
Audi igit emule. obrectator auscultā. Nō dam-
no. nō rephēdo septuaginta. sꝫ p̄fidēter cūctis
illis aplos pfero. Per istoz os mibi xpūs so-
nat quos an pphas int spūalia charissimata po-
sitos lego: an quod vltimū pene gradū in interpretes
tenēt. Quid lxx. ore torqꝫ. Quid impitoy aios
p̄ me p̄citas. Sicubi in translatione tibi videor
errare. interroga hebreos. diuersaz vrbū ma-
gistros p̄sule. Quod illi hnt de xpō. tui codices nō
hnt. Aliud est si p̄ se postea ab aplis vsurpata
testimonia pbauerūt. et emēdationa sūt exēpla-
ria latina quod greca. greca quod hebraica. Vex hec
p̄ inuidos. Nūc te deprecor desidēri charissime
vt quod me tm̄ opus subire fecisti et a genesi exoz
diū cape ozōnibꝫ iuues. quod possim eodē spū quod
scripti sunt libri in latinum eos transserre ser-
monem.

Explicit Prefatio. Incipit liber Genesis quod
dicatur hebraice Bescith. Capitulum I

L. S. Die primo facta est lux. die scdo factū est
celuz. die tertio factū est mare et terra. die quar-
to sol et luna et stelle. Quinto reptantia maris
et volatilia. Sexto iumenta. serpentes. bestie. et
homo. Capitulum I

ij. Cor. vi. c

Mab. v. s

ibidē iij. d

Marci. xij. d
Luce. xxi. a

Osee. ij. a
sach. xij. c

Esa. lxxij. b

ont. vij. b
c. xi. b

Deus optimus maximusque, primum ex nihilo caelum et terram creauit: postea distinctis et perfectis vniuersis formis, homines qui vniuersis praesentibus formantur et ad eum addunt animalia vniuersa: homo vltimus creaturae, sed perfectissimus rebus.

Genesis

A

In principio creauit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua. et tenebrae erant super facies abyssi. et spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque deus fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus quod esset bona et diuisit lucem a tenebris. appellauitque lucem diem. et tenebras noctem. factusque est vespere et mane dies vnus. Dixitque deus fiat firmamentum in medio aquarum et diuisat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum diuisitque aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque deus firmamentum celum. et factum est vespere et mane dies secundus. Dixit vero deus congregentur aquae quae sub celo sunt in locum vnus. et appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit deus aridam terram. congregati onesque aquarum appellauit maria. Et vidit deus quod esset bonum. et ait. Germinet terra herbam viuentem et facientem seminem et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. cuius seminem in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam viuentem et facientem seminem iuxta genus suum. lignumque faciens fructum. et huius vniuersumque seminem secundum speciem suam. Et vidit deus quod esset bonum. et factum est vespere et mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiat luminaria in firmamento caeli. et diuisentur dies ac noctes et sint in signa et tempora et dies et annos: ut luceant in firmamento caeli et illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque deus duo luminaria magna luminare maius ut praesentet diem. et luminare minus ut praesentet noctem. et stellas. Et posuit eas in firmamento caeli. ut lucerent super terram: et praesentent dies ac noctes: et diuiserent lucem ac tenebras. Et vidit deus quod esset bonum. et factum est vespere et mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producat aquae reptile aie viuentis et volatile super terram: sub firmamento caeli. Creauitque deus cetera gradatim. et omnem animam viuentem atque motabilem quam produxerant aquae in species suas. et omne volatile secundum genus suum. Et vidit deus quod esset bonum. benedixitque eis. dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris. auisque multiplicentur super terram. Et factum est vespere et mane dies quintus. Dixitque deus. Producat terra animas viuentem in genere suo. iumenta et reptilia et bestias terre secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas. iumenta et omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus quod esset bonum: et ait. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et praesentet piscibus maris et volatilibus caeli et bestiis. vniuersaque terre omniaque reptilia quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam. ad imaginem dei creauit illum. masculinum et feminam crea-

uit eos. Benedixitque illis deus et ait. Crescite et multiplicamini et replete terram et subijcite eam et dominamini piscibus maris et volatilibus caeli et vniuersis animantibus quae mouentur super terram. Dixitque deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram. et vniuersa ligna quae habent in semet ipsis sementem generis sui: ut sint vobis in escam et cunctis animantibus terre: omnique volucri caeli et vniuersis quae mouentur in terra et in quibus est anima viuens ut habeant ad vescendum. Et factus est ita. Viditque deus cuncta quae fecerat et erant valde bona. Et factum est vespere et mane dies sextus. Et factum est vespere et mane dies septimus. Et requeuit deus opere consummato et benedixit diei septimo.

Capitulum II.

Itaque perfecti sunt caeli et terra et omnis ornatu eorum: compleuitque deus diem septimo opus suum quod fecerat: et requeuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat: et benedixit diei septimo et sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus ut faceret. Iste sunt generationes caeli et terre quae create sunt in die quo fecit deus caelum et terram et omnem vngulum agri antequam oriretur in terra: omnesque herbam regionis priusquam germinaret. Non enim pluerat dominus deus super terram et homo non erat qui operaretur terram. Sed fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiem terre. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite: et factus est homo in animam viuentem. Planta uerat autem dominus deus paradisi voluptatis a principio in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitque dominus deus de humo oelignum pulchrum visum et ad vescendum suauem: lignumque etiam vite in medio paradisi: lignumque scilicet boni et mali. Et fluminis egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum quod inde diuiditur in quattuor capita. Nomen vni phison. Ipse est qui circumit omnem terram cuius latus ubi nascitur aurum: et aurum terre illius optimum est: ibique iuuenit bdellium et lapis onychinus et nomen fluminis secundi Geon. Ipse est qui circumit omnem terram ethiopiae. Nomen vero fluminis tertij Tygris. Ipse vadit contra assyrios: fluminis autem quartus ipse est Eufrates. Tulit ergo dominus deus hominem et posuit eum in paradysum voluptatis ut operaretur et custodiret illum: praecipitque ei dicens. Ex omni ligno paradisi comedes: de ligno autem scientie boni et mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo. morte morieris. Dixitque dominus deus. Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium sicut sibi. Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terre et vniuersis volatilibus caeli: adduxit ea ad adam ut videret quod vocaret ea. Omne enim quod vocauit adam aie-

Mar. r. a
s. co. e. infra
vii. c. r. i. a

Eccli. xxxii.
Mar. vii. d

Erod. r. b
Debre. iij. b

Eccli. r. v
Loz. i.

Thob. viij. b
Sap. r. a
ij. Loz. xv. f

Eccli. xliij. e

Eccli. xvij. a

Debre. xi. a

B

C

infra. co. d

infra. v. a. Sa
pi. ij. d. et. r. a
Eccli. xvij. a

Genesis

D vinctis: ipm est nomē ei⁹. Appellavitq; adam noib⁹ suis cūcta aiantia ⁊ vniuersa volatilia ce li ⁊ oēs bestias terre. Ade hō nō iueniebat ad iutor silis ei⁹. Immisitq; dñs de⁹ soporē i adā. Cūq; obdormisset: tulit vnā de costis ei⁹ et repleuit carnē p ea. Et edificauit dñs deus costā quā tulerat de adā in mulierē: et adduxit eaz ad adā. Dixitq; adā: Hoc nūcos ex ossibus meis: et caro de carne mea. Nec vocabitur virago qm̄ de viro sumpta est. Quāobrē relinqt hō patres suū et matrē et adheret vrozī sue et erūt duo i carne vna. Erat autē vterq; nudus: adā scilicet et vroz eius et nō erubescabant.

L.S. De temptatiōe et transgressiōe Adam et Eue: maledictione et eiectiōe.

Capitulum. III.

Sed et serpens erat callidior cūctis animantibus terre q̄ fecerat dñs deus. Qui dixit ad mulierē. Cur p̄cepit vobis de⁹ vt nō comederetis ex oī ligno padisi. Cui r̄ndit mulier. De fructu lignoz q̄ sunt in padiso vescimur: de fructu hō ligni qd̄ est in medio padisi p̄cepit nobis deus ne comederemus et ne tāge remus illud ne forte moriamur. Dixit autē serpens ad mulierem. Nequaquā morte moriemini. Scit enī deus q̄ in quocūq; die comederitis ex eo apirent oculi v̄ri: et eritis sicut dii sciētes bonū et malū. Vidit igitur mulier q̄ bonū esset lignū ad vescendū et pulchz oculis aspectuq; delectabile: et tulit de fructu illius et comedit. deditq; viro suo: q̄ comedit: et apti sunt oculi ambroz. Cūq; cognouissent se esse nudos: psuerūt folia ficus et fecerūt sibi p̄somata. Et cum audissent vocē dñi dei deambulātis in padiso ad aurā post meridiē abscondit se adā et vroz eius a facie domini in medio ligni paradisi. Vocauitq; dominus deus Adam et dixit ei. Ubi es. Qui ait. Vocem tuam domine audiui in paradiso et timui eo q̄ nudus essem: et abscondi me. Cui dixit dominus. Quis enim indicauit tibi q̄ nudus esses nisi q̄ ex ligno de quo preceperam tibi ne comederes cōedisti. Dixitq; adam Mulier quā dedisti mihi sociā dedit mihi de ligno et comedi. Et dixit dñs ad mulierē. Quare hoc fecisti. Que respōdit. Serpens decepit me et comedi. Et ait dñs ad serpentē. Quia fecisti hoc maledictus es inter oīa aiantia ⁊ bestias terre. Sup. pectus tuū gradieris et terrā comedes cūctis diebus vite tue. Inimicicias ponas inter te ⁊ mulierē ⁊ semen tuū ⁊ semen illi⁹. Ip̄a p̄teret caput tuū: ⁊ tu insidiaberis calcaneo ei⁹. Mulieri q; dixit. Multiplicabo crūnas tuas ⁊ cōceptus tuos: In dolore paries filios: ⁊ sub viri potestate eris: ⁊ ip̄e dominabitur tui. Ade

hō dixit. Quia audiisti vocē vrozī tue: ⁊ comedisti de ligno ex quo p̄ceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laborib⁹ comedes ex ea cūctis diebus vite tue. Sp̄nas ⁊ tribulos germinabit tibi: ⁊ comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es quia puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Et vocauit Adam nomen vrozī sue Eua: eo q̄ mater esset cūctorum viuentium. Fecit quoq; dominus deus Ade et vrozī eius tunicas pelliceas: et induit eos. Et ait. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum et malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam et sumat etiam de ligno vite et comedat et viuat in eternum. Emisit eum dominus deus de paradiso voluptatis vt operaretur terram de qua sumptus est. Eiecitq; Adam et collocauit ante paradysum voluptatis cherubin. et flammicū gladium atq; versatilem ad custodiendam viā ligni vite.

L.S. De generatiōe Abel ⁊ Cayn ⁊ fratricidio. de maledictione Cayn ⁊ filijs eius vsq; ad lamech. ⁊ generatione Seth ad Noe qui generatus quantum vixit. ⁊ quando mortuus.

Adam hō cognouit vrozī rem suam eua que concepit et peperit Cayn dicens. Possedi hominem per deum. Rursumq; peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium: ⁊ cayn agricola. Factum est autem post multos dies vt offerret Cayn de fructibus terre munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui ⁊ de adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel et ad munera eius: ad Cayn autem et ad munera illius non respexit. Iratusq; est Cayn vehementer: et concidit vultus eius. Dixitq; dominus ad eum. Quare iratus es et cur concidit facies tua: Nonne si bene egeris recipies: Sin autem male: statim in foribus peccatū tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius: et tu dominaberis illius. Dixitq; Cayn ad Abel fratrem suum. Egrediamur foras. Cūq; essent in agro: consurrexit Cayn aduersus fratrem suum Abel: et interfecit eum. Et ait dominus ad Cayn. Ubi est Abel frater tuus. Qui respondit. Nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego. Dixitq; ad eum. Quid fecisti. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram: que aperuit os suum: et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam nō dabit tibi fructus suos. Vagus et profugus eris super terram. Dixitq; Cayn

ar. r. a
e. infra
c. r. a

L. Cor. xi. b
Mat. xii. a
Marc. i. a
Eph. v. 5
L. Cor. vi. d

odi. r. b
bre. iij. b

Eccli. xv. d
L. Cor. xi. a

ob. viij. b
p. r. a
v. xv. f

xxij. e

i. xvij. a

L. Cor. xiiij. g

D

A

Hebr. xi. a

Sap. x. a
i. Joh. iij. b

Genesis

ad dñm. Maior est iniquitas mea: q̄ vt venias merear. Ecce eijcies me hodie a facie terre et a facie tua abscondar, et ero vagus et p̄fugus in terra. Dñs igit̄ q̄ inuenerit me occidet me. Dixitq̄ ei dñs. Nequaquā ita fiet. sed ois q̄ occiderit cayn. septulū p̄mict. Posuitq̄ dñs in cayn signū vt nō interficeret eū ois q̄ inuenisset eū. Egrediusq̄ cayn a facie dñi habitauit p̄fugus in terra. ad orientālē plagā eden. Cognouit aut̄ cayn vxorē suā q̄ cepit et peperit enoch. Et edificauit ciuitatē: et vocauit nomen ei⁹ ex noīe filij sui enoch. Porro enoch genuit irad. Et irad genuit manael. et manael genuit mathusael. et mathusael genuit lamech. Qui accepit duas vxores: nomē vna ada. et nomē alteri sella. Genuitq̄ ada iabel q̄ fuit p̄f̄ habitātū in tētorijs atq̄ pastoz. et nomē fratris ei⁹ thubal. Ip̄e fuit p̄f̄ canētū cythara et organo. Sella q̄ genuit tubalcayn q̄ fuit malleator et faber in cuncta opa eris et ferri. Soror v̄o tubalcayn noēma. Dixitq̄ lamech vxorib⁹ suis ade et selle. Audite vocē meā vxores lamech: auscultate sermōnē meū. Quā occidi virū in vuln⁹ meū. et adolefētulū in lūorē meū. Septuplū vltio dabit de cayn. de lamech v̄o septuagiessepties. Cognouit q̄ adhuc adā vxorē suā et peperit filiū. vocauitq̄ nomē ei⁹ seth: dicēs. Posuit mibi de⁹ semen aliud pro abel quem occidit cayn. Sed et seth natus est filius quem vocauit enos. Iste cepit inuocare nomen domini.

¶ L. S. De recapitulatiōe creatiōis hoīs. De morte Ade et Seth et filioꝝ ei⁹ vsq̄ ad noe.

Hic est liber generatiōis ade **La. V.** in die qua creauit de⁹ hoīes. Ad similitudinē dei fecit illū. masculū et feminas creauit eos. et benedixit illis. et vocauit nomen eoz̄ adā in die q̄ creati sunt. Dixit aut̄ adā centū triginta annis et genuit filiū ad imaginē et similitudinē suā. vocauitq̄ nomē ei⁹ seth. Et facti sunt dies adam postq̄ genuit seth octingēti anni. genuitq̄ filios et filias. Et factū est oīe t̄ps qd̄ vixit adā anni nōgēti triginta et mortu⁹ est. Vixit q̄ seth centūquinḡ annis et genuit enos. Vixitq̄ seth postq̄ genuit enos octingēti septē ānis. genuitq̄ filios et filias. Et facti sunt oēs dies seth nōgētorūduodecim annoꝝ et mortu⁹ est. Vixit v̄o enos nonaginta annis. et genuit caynan. Post cui⁹ ortū vixit octingēti quinde cum annis. et genuit filios et filias. Facti q̄ sūt oēs dies enos nōgēti quinḡ annis et mortu⁹ est. Vixit q̄ caynā septuaginta annis et genuit malalebel: et vixit caynan postq̄ genuit malalebel octingēti quadraginta annis. genuitq̄ filios et filias. Et facti sunt oēs dies caynan nōgēti de

centū annis. et mortu⁹ est. Vixit aut̄ malalebel sexagintaquinḡ ānis. et genuit iared. Et vixit malalebel postq̄ genuit iared octingēti triginta ānis et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies malalebel octingēti nonagintaquinḡ ānis: et mortu⁹ est. Vixitq̄ iared centū sexaginta duob⁹ ānis et genuit enoch. Et vixit iared postq̄ genuit enoch octingēti ānis: et genuit filios et filias. Et facti sūt oēs dies iared nōgēti sexaginta duob⁹ ānis: et mortu⁹ est. Porro enoch vixit sexaginta quinḡ ānis. et genuit mathusale. Et ambulauit enoch cū deo. Et vixit enoch postq̄ genuit mathusale. trecētis ānis. et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies enoch trecēti sexaginta quinḡ āni. ambulauitq̄ cum deo et nō apparuit. qz̄ tulit eū de⁹. Vixit q̄ mathusale centū octoginta septē annis. et genuit lamech. Et vixit mathusale postq̄ genuit lamech septingēti octoginta duob⁹ annis. et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies mathusale nōgēti sexaginta nouē anni. et mortu⁹ est. Vixit aut̄ lamech centū octoginta duob⁹ annis: et genuit filiū. vocauitq̄ nomē ei⁹ noe: dicēs. Iste solabit nos ab opib⁹ et laborib⁹ manuū nr̄az̄ in terra cui maledixit dñs. Vixitq̄ lamech postq̄ genuit noe quingēti nonagintaquinḡ ānis. et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies lamech septingēti septuaginta septē anni. et mortu⁹ est. Noe vero cū quingētoꝝ esset annoꝝ: genuit sem. cham. et iaphet.

¶ L. S. De causis diluuij et fabrica arce et mēsurā ei⁹. Et qz̄ videntes filij dei filias hoīz̄ pulchras acceperunt sibi inde vxores generantes gigantes in mundo famosos. **La. VI.**

Cum cepissent hoīes multiplicari sup̄ terram: et filias procreassent. videntes filij dei filias hoīz̄ q̄ essent pulchre: acceperunt sibi vxores ex oibus quas elegerant. Dixitq̄ deus. Non p̄manebit sp̄s meus in homine in eternum qz̄ caro est. Erūtq̄ dies illius centū viginti annoꝝ. Gigantes aut̄ erant sup̄ terram in diebus illis. Postq̄ em̄ ingressi sunt filij dei ad filias hominum. illeq̄ genuerūt isti sunt potentes a seculo viri famosi. Vidēs aut̄ deus q̄ multa malicia hoīm esset in terra. et cū cta cogitatio cordis intēta esset ad malū oī t̄pe. Penituit euz̄ q̄ hominē fecisset in terra. Et p̄cauens in futurū. et tact⁹ dolore cordis intrinsecus. delebo inquit hoīem quē creauī a facie terre. ab hoīe vsq̄ ad animantia: a reptili vsq̄ ad volucres celi. Penitet em̄ me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiā corā dñō. Ne sunt generatiōes noe. Noe vir iustus atq̄ p̄fect⁹ fuit in generatiōibus suis. cum deo ambulauit et genuit tres filios. sem cham et iaphet: Corrupta est

A
Ecdi. xvij. a
supra. i. d

i. para. i. a

B

E

Debre.

Debre.

eccli. xxxi

ps. lxxxv

infra. vi

i. Reg. vi

eccli. xli

Genesis

aut terra coram domino. et repleta est iniquitate. Cumque vidisset deus terram esse corruptam. omnis quippe caro corrupterat viam suam super terram. dixit ad noe. Si quis uniuersae carnis venit coram me. Repleta est terra iniquitate a facie eorum et ego dispendam eos cum terra. **F**ac tibi arcam de lignis leuigatis. Quasi iunctas in arca facies. et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus. et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcae. quinquaginta cubitorum latitudo. et triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies. et in cubito consummabis summam eam. Ostium autem arcae pones in latere deorsum. **E**na cula et tristega facies in ea. **E**cce ego adducam a quas diluuii super terram ut interficiam omnem carnem in qua spiritus vite est subter celum. et uniuersa quae in terra sunt consumentur. **N**on autem fedus meum tecum et ingredientis arcam tuam et filii tui. uxor tua et uxor filiorum tuorum tecum. et ex cunctis animantibus uniuersae carnis bina induces in arcam ut uiuant tecum masculini sexus et feminini. **D**e volucribus iuxta genus suum. et de iumentis in genere suo. et ex omni reptili terre secundum genus suum. bina de omnibus ingredientur tecum ut possint uiuere. **T**olles igitur tecum ex omnibus cunctis quae mandati sunt. et comportabis apud te: et erunt tibi ibi quae illis in cunctis. **F**ecit igitur noe omnia quae preceperat illi deus. **L. S. De ingressu ad arcam et inundatione diluuii.**

Capitulum. VII

Dixitque dominus ad eum. Ingredere tu et omnis domus tua in arcam. **T**e enim uidi iustum coram me in generatione hac. **E**x omnibus animantibus mundis tolles septena et septena. masculinum et feminam. de animantibus uero iumentis duo et duo. masculinum et feminam. sed et de uolatilibus celi septena et septena. masculinum et feminam ut saluetur semine super faciem uniuersae terre. **A**dhuc enim et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. et delebo omnem substantiam quam feci de superficie terre. **F**ecit ergo noe omnia quae mandauerat ei dominus. **E**ratque sexcentorum annorum quum diluuii aqua inundauerit super terram. **E**t ingressus est noe et filii eius. uxor eius. et uxores filiorum eius cum eo in arcam prout aquas diluuii. **D**e animalibus quoque mundis et iumentis et de volucribus et ex omni quod mouetur super terram duo et duo ingressi sunt ad noe in arcam masculinum et femina. sicut preceperat dominus noe. **C**umque transissent septem dies. aquae diluuii inundauerunt super terram. **A**nno sexcentesimo uite noe mense secundo septimodecimo die mensis. rupti sunt omnes fontes abyssi magne. et cataracte celi aperte sunt. et facta est pluuia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. **I**n articulo diei illius ingressus est noe. et sem et cham et iaphet filii eius. et uxor illius et uxores filiorum eius cum eis in arcam. ipsi et omne animal secundum genus suum. uniuersaque iumenta in ge-

nera suo. et omne quod mouetur super terram in genere suo. cunctaque uolatilium secundum genus suum. **U**niuersae uero oesque uolucres ingressae sunt ad noe in arcam bina et bina ex omni carne in qua erat spiritus vite. **E**t quae ingressae sunt. masculinum et femina ex omni carne introierunt sicut preceperat ei deus. et inclusit eum dominus de foris. **F**actumque est diluuium quadraginta diebus super terras et multiplicatae sunt aquae: et eleuauerunt arcam in sublimem a terra. **U**ebementer enim inundauerunt et omnia repleuerunt in superficie terre. **P**orro arca ferebatur super aquas. et aquae preualuerunt nimis super terram. **O**ptique sunt omnes montes excelsi sub uniuerso caelo. **Q**uidecim cubitum altior fuit aqua super montes quam operuerat. **C**onsumptaque est omnis caro quae mouebatur super terram: uolucrum aiantium bestiarum. omnique reptilium quae reptant super terram. **U**niuersi uero homines et cuncta in quibus spiraculum uite est in terra: mortua sunt. **E**t deleuit deus omnem substantiam quae erat super terram ab homine usque ad pecus. tam reptile quam uolucres celi. et deleta sunt de terra. **R**emansit autem solus noe et qui cum eo erant in arca. **O**btinueruntque aquae terram centum quinquaginta diebus. **L. S. De cessatione diluuii et egressu noe de arca et holocaustis.**

Ca. VIII

